Petrov. 108,14 | 1176 in arma furoris et congregantes omnem popu- +.
überzuschreiben P | lum ditioni suę subiectum, Boemos scilicet et Moravos, nobiles et ignobiles, milites et rusticos, cum ~~ho~~ his omnibus ingressi Austriam devastant, incendunt atque predantur, nec etiam ęcclesiis Dei parcunt. Factum est autem istud in messe.[1] Vastata itaque Austria preter urbes et castella nullo sibi resistente illesi redeunt ad propria, cum post discessum eorum egressi Austrienses terram predicti Cunradi, videlicet
d korr. über ein Buchst. radiert P | Znoimensem provintiam, invadunt, devastant, ipsum etiam oppidum Znoim solo dumtaxat die obsident, set non optinent, post hęc ad propria redeunt. Quod postquam nuntiatum est duci
gan auf Rasur P | Zobezlao, instigante ~~de~~ Cunrado egrediuntur iterum yeme cum maiori multitudine, quam prius in estate, et quicquid fuerat residuum, flamma, cede, rapinis consumunt usque ad Danubium, cum prefatus dux Austrię magnam habens militiam hec omnia sicut dicitur eminus prospiceret, nec tamen congredi auderet. Tradunt autem, quod in ponte quodam equo sub eo cadente pedem

1) Die österreichischen Quellen nennen noch ~~die~~ als Verbündete der Böhmen: Sachsen, Polen, Ungarn, Russen, Sorbones (Serben?) (Cont. Zwetl. II, SS IX, 541; Cont. Claustroneob. III, ebd. 631; Chron. Magni presb. SS XVII, 501; Cont. Cremif. SS IX, 547.)